



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Linguae mala sunt quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

cio . Tertium quod monet nos ad custodiendam linguam , sunt bona , quæ ex silentio oriuntur . De hac materia require in capitulo de silentio . Quartum est , quia nobis necessaria est , quia sine custodia linguæ non potest homo iustificari . Vnde Iob . Nunquid **Iob. 11.** uerbosus iustificabitur ? Et Iac . 2 . Si **Iac. 2.** quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam , huius uana est religio . &c . Prou . Mors & uita in manu linguæ . **Pro. 17.**

Lingua mala sunt quinque.

Primum est , quia ostendit hominem esse stultum . Ecclesiast . Stultus uerba multiplicat . unde Hieronymus , uox enim insipientis in multiplicatione sermonis est . Itē . Canis infirmior magis latrat . Secundum est , quia reddit hominem odiosum . Vnde Ecclesiasticus . 9 . Terribilis est **Ecc1. 9.** in ciuitate sua homo linguosus . Ideo porco assimilatur , qui in omni spurcicia ponit os suum . Hoc confirmat D. Gregorius inueniens . Qui non timet inquinare linguam suam peccato , porcus uidetur esse , potius quam homo , & est quasi canis macelli , qui labia sua solet habere sanguinolenta . **Grego.**

VEL CHRISTIANA

Pro, 10
Ecc, 29

Tertium est, quia animam ledit, & maculat. Prou. In multiloquio non deerit peccatum. Et Ecclesiasticus. Qui multis utitur uerbis ledet animam suam. Quartum est, quia in presenti hominem in multa mala ruere facit.

Pro, 12
Ecc, 10
Isyd, 12.

Prou. Propter peccata labiorum ruina proximat malo. Ecclesiasticus. Labia stulti precipitabunt eum. Et Isydorus. Qui uerba non reprimat ad noxia cito transit. Quintum est, quia in infernum uir linguosus deducitur, & eius lingua illic cruciat. Exemplum habetur de diuite Epulone, qui in inferno eleuans oculos ad Abraham dicebat. Mitte Lazarum, &c. Quia crucior in hac flamma. Cupiebat ipse ut eius lingua refrigeraretur, quia per eam maxime peccauit.

Luc, 16

Quia crucior in hac flamma. Cupiebat ipse ut eius lingua refrigeraretur, quia per eam maxime peccauit.

*Locutionis temerariae species
sunt sex.*

Iac, 1.

Prima est incertitudo eius de quo quis loquitur. Propterea dicebat Iacobus. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Et Isydorus. In loquendo peritus esto, multum autem delibera quid dicas, ne reuocare possis, quod dixeris.

Isyd.